



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Cur Virgo dicatur in cælo apparuisse. Sectio IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

Virginem, quantumcunque eius collum ab hostibus peteretur, nunquam tamen eis caput præcidi posse, hoc est, nulla vi eius præstantiam minui, comparavit eius collum turri Davidicæ omnium armorum præsidio munitissimæ: ut pectus eum esset gladium, qui in Virginis collum stringeretur, in scuta, & clypeos impenetrabiles incurere, & præterea non solum hæbetari, sed etiam infringi. Idcirco etiam Virgo platano confertur. Eccl. 24. *Quasi platanus exaltata sum in terra aquas*: quoniam platani folia referunt speciem scutorum, ut observavit Hugo Cardinal. Itaque tot quasi scutis platanus cingitur, quot foliis vestitur, in typum videlicet Virginis, quæ tot clypeis munitur, quot prærogatiuis exornatur: quo fit, ut hæreticus qui Virginem inlectatur, in scuta innumera, & instar foliorum implicita, totamque Virginem protegentia necessariò incurrat. Illud etiam efficitur, ut qui ad huius platani umbram confugit, sub innumeris veluti scutis protectus lateat, atque adeo hostium ictus protegente Virgine tutus, ac securus irrideat.

Eccl. 24 19.

Hugo Card. B. Virgo tot clypeis munitur, quot prærogatiuis exornatur.

Comparatur etiam idem collum Virginis Cant. 7. turri eburnæ, tum propter mirum puritatis cadorum, tum propter terrorem, quem hostibus incutit vel ipso eboris nomine, quod quia deus elephantis est, ipso nomine deterreret Virginis aduersarios, dum cogitant sibi cum elephantorum dentibus rem futuram. Quidni eandem ob causam Virginem Salomonis throno comparauerim, quem duodecim leones seni ex utraque parte per sex gradus ambiabant? 3. Regum 10. ut inter leones sibi incedendum persuadeat, quicumque ad hunc veri Salomonis thronum irreuerenter accedere tentauerit, à quibus momento temporis corripendus, ac deuorandus sit. Merito igitur concludit D. Bern. serm. super signum magnum: *Nimirum, inquit, ipsa est quondam à Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius planè calcaneo in multis versutis insidiatus est, sed sine causa, sola enim contriuit vniuersam hæreticam præuinitatem: alius non de substantia carnis suæ Christum edidisse dogmatizabat: alius paruulum non peperisse, sed reperisse sibilabat: alius vel post partum uero cognitam blasphemabat: alius Dei matrem audire, non sustinens magnum illud nomen heretico nos impiissime surrigillabat. Sed contriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, confutati derogatores, & beatam eam dicunt omnes generationes.*

III.

Cant. 7. B. Virgo hostibus suis terror.

3 Reg. 10.

D. Bernard.

Cur Virgo dicatur in cælo apparuisse.

## SECTIO IIII.

**D**uplicem expositionem recipit hæc sententia: vna est, si ita legamus: *Signum magnum apparuit in cælo*: quodnam signum *Mulier amicta sole*, &c. ita ut ipsa mulier amicta sole lunam, calcans pedibus, gerensque in capite coronam duodecim stellarum, appelleretur à Ioanne *Signum magnum*: de qua expositione dicendum postea. Altera est, si ita contextum dispungamus: *Signum magnum*, videlicet mihi ostensum est: quodnam tandem illud? *Apparuit in cælo mulier amicta sole*, ut miraculum in eo sit, quod mulier in cælo posita, eaque amicta sole apparuerit Ioanni in terris existenti, ut verbum, *apparuit*, non cum signo magno: sed cum sequentibus verbis iungatur: de qua expositione in præsentia differemus.

Arbitramur igitur tamquam signum magnum commemorari à Ioanne, quod ipsi mulier, eaque amicta sole in cælo apparuit: cum enim sol qui centum sexaginta vicibus: ut Astrologi demonstrant, magnitudine terram superat, tam exiguis nobis appareat, sanè instar prodigij est, quod mulier in cælo constituta à Ioanne in terris agente videri potuerit, neque tanta distantia, solisque ipse splendor fatis fuerit ad eam occultandam. Quo mysterio mirum in modum

II.

B. Virgini mira excellentia.



resplendet Virginis magnitudo, quæ tanta est, vt eam neque Christi solis iustitiæ  
cam ambientis splendor, & magnitudo obruat, neque quæcumque etiam summa  
distantia oculis eripiat. Sanè magna loco laudis dictum est de Ioanne Baptista  
Lucæ 1. *Erit magnus coram Domino*: parum enim esset magnum coram hominibus  
esse: irum omni ex parte maximum: at coram Deo, qui immensus est, & cuius  
comparatione nihil sunt omnia, magnum esse, id verò eximie est, & extraordina-  
ria magnitudinis. Audi quid Esaias dicat cap. 40. *Eccc gentes quasi stilla stula, &*  
*quasi momentum statera reputata sunt: ecce insula quasi puluis exiguus. Omnes gentes*  
*quasi non sint, sic sunt coram eo; & quasi nihilum, & inane reputata sunt ei.* In quem  
locum aduertendum est pro eo, quod nos habemus, *momentum statera*, esse He-  
braicè פת, quod nomen p̄p̄riè significat tenuissimum puluerem, qui adhæret  
statera. Itaque sicut tenuissimus puluis statera lancibus adhærens nihil addit pon-  
deris: ita vniuersæ gentes coram Deo nullius sunt momenti: 70. transferuntur

Luc. 1. 15.  
Ioannis Ba-  
pista excel-  
lentia.  
Esai. 40. 15.  
13.

Omnes gentes  
coram Deo in-  
star guttulæ.

*Omnes gentes quasi stilla, & stula*: hoc sensu, quem nonnulli afferunt, sicut qui por-  
tat titulam plenam aqua, parum curat, si vna excidat guttula: ita se habet Dei com-  
paratione scientia, & potestas omnium gentium, vt si omnes gentes perirent, per-  
inde esset, ac si Deo vna guttula ex titula decideret. Esse autem sermonem de ho-  
minum scientia ad literam, patet ex præcedentibus: *Quis adiuuit spiritum Domini?*  
*aut quis consiliarium eius fuit? Ecce gentes quasi stilla stula, &c.*

III.

Alij transferunt ex Hebræo: *quasi leuitus bilancium*, iuxta quam versionem si-  
gnificatur Deum, si velit, facillimè posse gentes conuertere: facillimè enim est bi-  
lances itatera in hanc vel illam partem, vel minimo digiti impulsu inclinare. Ad-  
de illud etiam indicari, sicut in hanc, & illam partem facillè est bilancios impellere:  
ita Deo facillimum esse mundi imperia in hanc, vel illam partem inuertere, vt  
quæ magnam in gloriam creuerant, & altius quasi altopalanx statera sublimior  
eminabant, facta rerum conuersione iterum deciderent: & quæ subiecta antea erant,  
in sublime rursus elata dominentur. Itaque in hac bilancium similitudine non  
solum Dei potentiam, sed rerum humanarum omnium inconstantiam licet agno-  
scere. Id quod iam aliàs ostendimus ex illis verbis Prouerb. 8. *Ludens in orbem terra-*  
*rum*, videlicet quasi pila, vt interpretatur Lyran. Quanta igitur erit virginis ma-  
gnitudo, quæ Dei ipsius vicinitate non obruitur, & solis splendore non ita vin-  
citur, quò minus appareat, & luceat, & tanto interuallo non occultetur? Qua-  
re meritissimè Ioannes id tanquam signum quoddam magnum, prodigiumque  
commemorauit. Ex quo illud etiam concluditur, quantum cæteris omnibus san-  
ctis virgo antecellat, quippe qui cælo positi propè virginem videri à nobis in ter-  
ra nequaqua possint. Vnde Petr. Damian. serm. de Assumpt. Virginis: *In illa, in-*  
*quit, inaccessible luce perlucens sic vtrorumque spirituum, id est, hominum; & Angelo-*  
*rum habebat dignitatem, vt in comparatione virginis nec possint, nec debeant apparere.* Hæc  
ille. Imo & vno verbo dicamus, tanta est magnitudo virginis, vt ex ea liceat in fi-  
nitam Dei magnitudinem, & immensitatem conicere, & quodammodo dimi-  
tteri, nec Dei immensitas bene nota sit illi, qui non habeat satis exploratam vir-  
ginis magnitudinem, quemadmodum disertis verbis dixit Petrus Chryso. serm.  
104. *Tanta, inquit, est virgo, vt quantum sit Deus fati ignores, qui huius virginis men-*  
*tem non super, animam non miratur.* Nec verò tantum solis amictus & circum-  
fusus ipsam non obscurauit: sed quod est longè mirabilius, magis apparere, &  
eminere fecit: quod contra accidit sideribus sole fulgente. Quòd enim ex so-  
lis vicinitate mulier magis apparuerit, quàm si absens sol esset, inde ostendi-  
tur, quòd huius mulieris magnitudo ex ipsius solis præsentia nascebatur, &

Mundi impe-  
ria inuertere  
Deo quàm si-  
facillimum.  
Inconstantia  
rerum huma-  
narum.  
Prou. 8. 30.  
Lyran.  
Omnibus san-  
ctis quantum  
præstet B.  
Virgo.  
Pet. Damia.  
B. Virgo que-  
dam modo  
maiora Dei.

Retr. Chryso,

VIE  
I. I. I.  
Apoc.  
C. 17  
Z. 3



quo erat soli propinquior, eo maior extabat, ut suo loco ostendemus, cum de hoc solis amictu disputabimus.

Secundò, Apparuit Virgo in cælo tanquam cœleste signum. Quemadmodum enim Virgo vnum est ex duodecim signis Zodiaci: ita Ioannes eodẽ sensu Virginem hanc in cælo signũ magnum appellasse videtur, innuens eam esse vnum ex signis cœlestibus, sed præ cæteris admirabile. Et quidẽ meritò: sicut enim sol dum obit signũ leonis, ardentissimus est, & noxius animãtibus, sed is ardor per ingressum eius in Virginem temperatur: ita Deus ante incarnationis mysterium perfectum in Virgine quasi sinũ Leonis iustrabat terribilis admodum mortalibus: sed ubi ingressus fuit in signum magnum Virginis, ardorem & iram in homines mitigavit. Nec vacat mysterio, quòd Virgo cœleste signum inter Leonem, Libramque sit constituta: nimirũ Virgo beatissima Leonis iram, iustitiæque rigorem dilungit, & quasi in medio collocata utrumque; temperat, Leonis videlicet furore mitigato, & rigore stateræ temperato. Quid enim supplicij non inferret Leo Libræ coniunctus, hoc est, Deus status iustitiæ exercens? Et quidem quod ad Leonem attinet, ad Deum Leonem ante incarnationem, mitigatum tamen in Virgine videtur spectasse Regius vates, cum dixit Psal. 84. loquens de adventu Messie: *Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. & emisisti iniquitatem plebitus: operuisti omnia peccata eorum: mitigasti omnem iram tuam.* D. Hier. transtulit, *Continuisti* sed Hebraicè ad verbum est, *collegisti*, hoc est, retraxisti eo sensu, quo dictũ est Ioe. 2. ubi habetur eadem vox Hebraea: *stella collegerunt lucem suam*, id est, retraxerunt. Indicat verò verbum illud, *mitigasti omnem iram tuam*, Deum olim instar leonis rugientem, & iratum hominibus, tandem per mysterium incarnationis perfectum in Virgine mansueta factum, & tractabilem peccatoribus effectum.

Quod verò ad iustitiæ stateram spectat, cuius etiam Virgo rigorem temperavit, non obscure, ut quidam volunt, significatur illis verbis eiusdem Psal. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Pro quo aduertendum est diuinam stateram duabus lancibus consistere, vna misericordiae, iustitiæ altera: sed ante incarnationem lance iustitiæ magis ponderabat, & alteram misericordiae lancem in cælum vsque eleuabat: ibi enim misericordia in Angelis præcipuè splendebat. At per Virginem factum est, ut præponderaret lance misericordiae, ad terrasque vsque descendens iustitiam in sublime ferret. Quare hunc sensum recipiunt verba, quæ citauimus, *Veritas de terra orta est*, id est, ut interpretatur D. Aug. Christus ortus est de Virgine: simulque cum illo apparuit in terra veritas completa promissionis de misericordia largiendã hominibus. Itaque altera misericordiae lance beneficiorum pondere pressa ad terras vsque descendit: *& iustitia de cælo prospexit*, id est, altera iustitiæ lance, quæ antea in terris videbatur, iam in altũ euecta in cælo apparuit, præponderante nimirũ lance misericordiae. Scio sensum literalem eum esse præcipuum, ut commemoretur tunc cunctitas bonorum spiritualium Messie tempore futura, significeturque tantam fore spiritualium bonorum affluentiam, ut terra nihil aliud videatur, quàm veritatem germinare, & cælum iustitiam depluere. Fauetque vox Hebraea, nam pro, *orta est*, habetur Hebraicè *נצח*, id est, *germinabit*, à radice *נצח*.

Porrò in eo etiam hoc signum Virginis est admirabile, quòd postquam sol in illud semel per incarnationem, & misericordiam fuit ingressus, nunquam amplius inde exierit, contra quàm soli accidit qui singulos menses in singulis signis obeundis consumit. Vnde meritò Ioannes hoc signum non qualecũque, sed magnum appellauit, tantæ videlicet magnitudinis, ut semper sit, quod à sole iustrari possit. Sunt enim innumeræ rationes in Virgine, propter quas Deus ab beneficia

IIII.

B. Virgo cœleste signum.

Diuisa iustitiæ rigorem temperat B Virgo.

Psal. 84. 2. 12

D. Hieron. loel. 2. 10. Per incarnationem mansue factus Deus.

Misericordia lance post incarnationem ponderat magis. D. August.

Bonorum spiritualium cunctitas tempore Messie.

VI. Sol iustitiæ semper in Virgine.



Per Virginem  
iram sui qua  
re deposuerit  
Deus.

Geor. Venet.

Ante incar-  
nationem v-  
traque manu  
puniebat  
Deus.

Exod. 8. 19.

Esaï. 53. 1.

Christo tan-  
quã brachio

suo homines

amplexatus

est Pater.

mortalibus conferenda permoueri potest: quæ quia nunquã in ea deficient, nunquam etiam sol ex hoc Virginis signo egreditur. Itaque Virgo Leonis iram cohibuit, rigorẽque iustitiæ temperauit: imo vsque adeo Deus per Virginẽ iram deposuit, vt manus sibi omnino teneri, vinciri, imo & in cruce fixas esse voluerit, ne sese ad puniendum mouere vllõ modo possent: quæ est annotatio Georg. Venet. tomo 1. problem. in sacram script. sect. 5. probl. 338. vbi obseruauit Deum p̄ficis temporibus plena vtraque manu punire solitum, atque idcirco decem plagis Ægyptũ percussisse, quia vtraque manus aperta, & extenta in decem digitos fuit super Ægyptios: vnde dictum est Exod. 8. *Digitus Dei est hic.* Cæterum post incarnationem vtramque istam manum cohibitam, imo & in cruce validissimis clauis confixam, ne sese ad puniendum excitaret: imo eo habitu & forma expansas manus, vt Patrem exorarent, eumque nobis conciliarent. Adde eo etiam habitu amplexantis speciem retulisse: hanc enim ob causam præter alias Christus brachium Patris dicitur Esaïa 53. *Brachium Domini cui reuelatum est?* quia videlicet Christo tanquam brachio Pater in humani generis collum extento amplexatus fuit mortales in signum beneuolentiæ, & factæ iam per Christum reconciliatonis.

## VII.

D. Gregor.

Deut. 33. 17.

Rhinocerotis

cur compare-

tur Christus.

Dion. Cars.

Iob. 39. 12.

Eandem Virginis potentiam ad Dei futorem mitigandum alia quoque similitudine desumpta ex rhinocerote animali fero cissimo illustrare possumus, de quo illud refert D. Greg. lib. 31. Mor. c. 13. tantæ esse fortitudinis, vt nulla vi capi possit, nisi miro quodam artificio. Virgo enim puella proponitur, quæ venienti linum aperit, in quem ille omni feritate deposita capitiam mansuetus infert: itaque ab eis, à quibus quæritur, repente velut inermis inuenitur. Id quod ad rem præsentem maximè pertinet: quod enim Christus rhinoceroti comparetur, patet ex Deut. 33. vbi Moyses in benedictione Ioseph sic ait. *Quasi primigeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ.* Sunt & alia quoque huius similitudinis rationes. Primum, quia rhinoceros cum elephãte bellum gerit, eumque cum aggreditur eo cornu, quod nare gestat, in ventrem elephantis adacto interimit: ita enim Christus dæmonem cornu diuinitatis euertit. Deinde, quoniam vt loco Deut. citato dicitur, instar rhinocerotis vnico diuinitatis cornu suos omnes inimicos ventilauit, gentesque vniuersas suo imperio subiecit. Hic igitur rhinoceros fero cissimus ante incarnationem existens & omnino insuperabilis tandem ad conspectum Virginis fero citatem deposuit, & mitissimus in eius signum immisso capite sese ab omnibus capi, vinci, imò & vinciri passus est: sic enim hoc rhinocerotis capiendi artificio Virgini accommodat Dionys. Carth. lib. 3. de laudibus Virginis art. 22. Itaque impletum est illud, quod tanquam adynaton, & impossibile Deus Iobo proponebat cap. 39. *Nūquid valet rhinoceros seruire tibi? aut morabitur ad præseppe tuum? Nūquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te? Quid enim? nõnne hunc rhinocerotem in præsepio vidimus? nõnne cruce vt aratro terram profcidit, vt nobis gloriam inde nascituram seminaret?*

## VIII.

D. Hieron.

Gentiliu po-

pulus ante E-

uangelij præ-

dicatorem

rhinoceros.

Coloss. 2. 2.

Esaï. 45. 14.

Cæterum D. Hieronymus in commentariis eius loci, cuius expositionem obiter perstringendam duximus, per rhinocerotem Gentilem populum intelligit, qui antea superbus, & indomitus tandem victus prædicatione Euangelica Ecclesiæ seruit, alligatus nimirum charitatis loro. *Lorum*, inquit, *Charitatem Christi intelligere debemus, de qua loquens Apostolus ad Coloss. secundo ait: Copulati in charitate: cuius vinculis colligandos mortales Esaïas olim prædixerat c. 45. Labor Ægypti, & ne-gociatio Æthiopiæ, & Sabæim viri sublimis ad te transibunt, & tui erunt: & post te ambulabunt, vincit manibus pergent. Et Dauid exponens, quemadmodum charitatis vincula*

per



per ministros verbi Dei vincendi essent credentes, ita loquitur Psal. 149. Ad alligandos Reges  
eorum in compediibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quorum vinculorum nominibus cha-  
ritatis Christi fortitudinem voluit demonstrare, quæ etiam fortis, & potens in manicis ferreis ad  
amorem Domini constringit. Hæc Hieronymus.

Postremò apparuit Virgo in cælo, quia tota fuit cælestis, nihilque habuit terre-  
num: quam ob causam adumbrata fuit in throno illo sapphirino, super quæ Deus  
ipse residebat, vt refertur Ezech. 1. Super firmamentum, quod erat imminens capiti ani-  
malium quasi aspectus lapidis sapphiri similitudine throni: & super similitudinem throni similitu-  
do quasi affectus hominis desuper. Constat enim sapphirum esse cælestis coloris, vnde  
plerique in eum locum docent per firmamentum posse intelligi Angelos, per  
thronum autem sapphirinum super firmamentum collocatum beatissimam Vir-  
ginem, quæ super omnes choros Angelorum fuit euecta: thronum inquam, non  
iudicij, & vindictæ, sed misericordiæ, & gratiæ, iuxta illud ad Hebr. 4. Ad eam cu  
fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam in auxilio oppor-  
tuno. Non vacat autem mysterio, quoddam super hunc thronum sapphirinum homo  
quidam ex electro residebat, qui Christum natum ex Virgine figurabat: & meri-  
tò quidem ex electro, quia in Virgine residens benignus est omnibus, & miseri-  
cordiæ suæ electro ad se amandum attrahit vniuersos. Ipse etiã solus super thro-  
num residet, quia solus matris suæ merita, & gloriã transcendit. Porro vsque  
adeo Virgo sapphirina est, hoc est, cælestis, vt fudata in sapphiris dicatur Esai. 54.  
Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphirum, & ponam iaspidem propu-  
gnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles:  
quo loco est sermo ed literã de Ecclesia per Christum fundanda. Nec enim, vt nu-  
gantur Hebræi, ad Hierusalẽ illã materiale pertineret potest huiusmodi fabrica.  
Et quidem lapides per ordinem sternendi significant Ecclesiæ ministros suo quæ-  
que gradu, & ministerio disponendos iuxta illud 1. ad Cor. 12. Quosdã quidem posuit  
Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, quorũ quisque suo  
gradu cõtētus esse debet: ideo sternendi dicuntur per humilitatẽ, & per charitatẽ  
ordinandi, vt nimirũ sinant se sterni, & ex Architec̃i præscripto ordinari. Funda-  
da etiam dicitur in sapphiris, id est, in hominibus planè cælestibus, cuiusmodi A-  
postoli fuerunt, qui fundamenta Ecclesiæ appellãtur ad Ephes. 2. Super edificati super  
fundamentũ Apostolorũ. Propugnacula iaspidis sunt Martyres propter fidei fortitu-  
dinem, & venas effusi sanguinis. Dicitur autẽ inter alia iaspis vim habere contra  
phantasmata, quia nihil fortius Martyrũ exẽplo ad inanẽ mundi gloriã contem-  
nẽdã, quæ instar phantasmãtũ aliquid primo aspectu esse apparet, sed nihil habet  
solidi: nihil etiam aptius ad vana dæmonũ terculamenta vincenda, laborẽsque  
omnes animi magnitudine superandos, quæ omnia præ Martyrum laboribus, ac  
tormentis quasi inania quædam phantasmata iudicanda sunt. Portæ ex lapidibus  
sculptis viros probitate excellentes, potissimũque religiosos, prædicatõres (que  
significant virtutum omnium sculpturis exornatos, qui portæ dicuntur, quoniam  
aliis aditum in cælum verbo, & exemplo patefaciunt. Denique lapides desidera-  
biles omnes in vniuersum fideles, qui animum student virtutibus excolere.

Sed quanquam de Ecclesia ad literam sit hoc Esaiæ vaticinium accipiendum,  
iure tamen optimo Virgini etiam potest accommodari propter virtutum om-  
nium, & gratiarum varietatem simul, & pulchritudinem, quæ iis pretiosorum la-  
pidum generibus explicantur. Illud præcipuè ad rem facit, quod dicitur funda-  
da in sapphiris, qui lapides sunt cælestis coloris. Verè enim virgo beatissima fuit  
in sapphiris fundata, quia omnes eius virtutes, & gratiæ cælestes planè, ac diuina

IX.

In B. Virgine  
turrens nihil.  
Ezech. 1. 26.

B. Virg. throno  
sapphirinum.  
Hebr. 4. 16.

Christus in  
Virgine est  
benignus  
omnibus.  
attrahit vni-  
uersos.

Esai. 54. 11.  
Ecclesia fa-  
brica quam  
sic elegans.  
1. Cor. 12. 28

Apostoli Ec-  
clesiæ funda-  
mentũ  
cælestes ho-  
mines.

Ephes. 2. 20.  
Martyres  
Ecclesiæ pro-  
pugnacula.

Religiosi, &  
prædicatõres  
portæ Eccle-  
siæ.

X.

Virgini vir-  
tutes omnes  
cælestes.



fuerunt. Nec prætereundum, quòd non *adificata*, sed *fundata* in sapphiris dicitur, quoniam etiam ea, quæ in Virgine inferiora videbantur, & quasi totius ædificij fundamenta, cœlestia planè fuerunt: potissimum verò eius humilitas, in quâ tantquam in sapphiro fundata cœlum quoddam splendidissimum retulit. Accedit, quòd sapphirus, si excellat, insigniri solet pulcherrima stella, vt colligitur ex Plin. lib. 37. cap. 9. quòd præcipuè ad Virginem pertinet, quæ sapphirus fuit gerens pulcherrimam stellam, hoc est, Christum, qui stella appellatur Apoc. 1. *Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam*, id est, meipsum, vt nonnulli interpretantur. Denique cur non dicatur Virgo omnino cœlestis, quam sol vestit, Luna calceat, stellæ coronant?

Plinius.  
B. Virgo sapphirus stella  
1. Christo insignita.  
Apoc. 1. 2. 8.

## COMMENTARIUM SECUNDVM EXEGETICVM.

De Virgine Deipara, in quo mulieris appellatio explicatur.

De nomine sanctissimæ Virginis.

### SECTIO PRIMÆ.

I.



**EQVITVR** ordine in visione Ioannis explicandum, cur Virgo sanctissima dicatur mulier. Et quoniam postulat doctrinæ ratio, vt non solum, cur Virgo appelletur mulier, sed etiam qualis mulier illa fuerit doceamus: disputabimus hoc commentario de eximia Virginis forma, vel de duplici & animi, & corporis pulchritudine: hæc enim solet esse præcipua in fœminis prærogatiua. Sed prius de excellentis huius mulieris nomine disserendum.

II.

Tria nomina  
tetragram-  
mata apud  
Hebræos.

Clem. Alex.  
Theodor.

D. Hieron.  
Greg. Naz.  
Orig.  
Euseb. Cæs.  
Theodor.  
Nomen Dei  
cur ineffabi-  
le.

Pro ampliori igitur cognitione eorum, quæ dicturi sumus, oportet altius repetito principio aduertere tria esse Hebræa nomina tetragrammata, vel quadrilitera mysteriorum plenissima, & quæ maximè pertinent ad excellentiam nominis Mariæ explicandam. Primum est nomen Dei ineffabile, quod ab Hebræis dicitur, *Semhamphoras*, id est, nomen expositum: id nomen communiter dicitur *Iehonah*: sed multò verius est germanam eius nominis pronunciationem ignotam veteribus fuisse, & adhuc ignorari: vnde quidam efferebant *Iahoh*, vt Clemens Alex. lib. 5. Strom. alij *Iaueh*, sine *Iah*, vt Theodoret. in quæst. super Exod. quæst. 15. Nullus verò antiquorum *Iehonah*, vt modò communiter pronunciat, imò omnes eiusmodi nomen *Ἰεχωφάριον*, id est, ineffabile appellarunt: quemadmodum docent Diuus Hieronymus epist. 136. ad Marcel. D. Gregorius Nazianzen. orat. 4. de Theologia, Origen. homil. 14. super Num. Euseb. Cæsar. lib. 11. de præpar. Euang. cap. 8. Theodoret loco citato: quanquam Hebræi dicant appellari ineffabile, non quòd pronuciari non possit, sed quòd nemini illud pronuciare licitum fuerit, præterquam summo Sacerdoti, idque solum in benedictionibus, quæ fiebant in templo: imò putabant, si quis illud irreuerenter pronuciallet, fore periculum, ne rueret vniuersa mundi fabrica. Itaque vbicumque illud in sacris literis offenderent, loco eius legebant *Adonai*, vel *Elohim*. Cæterum